

licet domini Haquini curati de Hyalsrid, domini Karoli curati de Skyparstaddhum, vnacum meo proprio presentibus sunt appensa. Datum anno Domini m^occ^oc quinquagesimo quinto in die beati Barnabe apostoli.

På baksidan (med något senare hand): Væstra hæræde. Valsio. Tirgillus Stærlinger.
De tre sigillen borta.

5126.

1355 Juni 19.

Varnhem.

Anund Sture m. fl. vidimera ett konung Erik Erikssons dombref rörande Varnhems kloster.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Anundus Sturæ, Karolus decanus Scarensis, Haraldus vicilegifer *Wermælandie* salutem in Domino sempiternam. Notum facimus nos vidisse et diligenter inspexisse litteras infrascriptas, non raras, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, sub hac forma: *Ericus*, Dei gracia rex *Swechie* etc. *Se SD 367*. Transcriptum in Varneem sub sigillis supradictorum, videlicet dominorum Anundi Sturu militis, Karoli decani Scarensis et Haraldus vicilegiferi *Wermælandie*, anno Domini m^occ^ocl^o quinto die beatorum *Geruasii* et *Protasii* martirum.

På baksidan: Littere meliores super curia Aarooss in *Ampnaheredh* et piscaria ibidem cum suis terminis.

Sigill: n. 1, 2 borta, remsorna kvar; n. 3 hjälm med hjälmprydnad bestående af lilja, hvarifrån utgå sex fänikor (jfr sigillbeskrifn. till n. 3 under SD 5013): .. HA... DI... G. R..

5127.

1355 Juli 6.

Henrik, »presbiter, antiquus scolasticus Aboensis», upprättar sitt testamente.

Registr. Eccles. Aboens., fol. 102 v.

Tryckt hos Hausen, Åbo domkyrkas Svartbok, s. 103 f.

In nomine Domini amen. Cum secundum apostolum omnes quidem homines corporaliter resurgere habent de factis rationem propriis ineuitabiliter reddituri atque secundum meritorum exigenciam remuneracionis stipendia eternaliter adepturi, ob hoc ego Henricus presbiter, antiquus scolasticus Aboensis, de bonis michi a Deo temporaliter concessis per modum, qui subsequitur, meum condo testamentum. In primis lego in honorem sancti Andree apostoli altari beati Gregorii, ante cuius gradus meam eligo sepulturam, bona mea immobilia cum curia in Luntha situata ac in inventario tali modo confecto, videlicet vi vaccis mulgentibus, duobus bobus domitis in vectigali, vi capris antiquis et totidem ouibus ceterisque vtensilibus curie eiusdem; insuper curiam meam in Abo cum suo inventario, videlicet i maiori culcedra, duobus nouis lintheaminibus, i lodice, i tapeto, duobus puluenaribus et i cussino dicto ørnegat, i mensali, i manitergio, i lauatorio, i pelui, ii caldariis, iii ollis, i craticula, i frixorio, i securi, i vacua lagena ceruisie, duabus dimidiis lagenis, ii amforis stan[n]eis, ii amforis ligneis cum ii doliis et i caldaria de tintinabulo, i mola cum pistrinis instrumentis; insuper altari predicto, vt premittitur, imaginem

sancti Andree apostoli de triginta marcis, i capellam integram, i breuiarium emp-
tum pro xiiii marcis, i missale. Item prebendatus sepedicti altaris i missam de
sancto Andrea et aliam pro fidelibus defunctis qualibet ebdomeda (o: ebdomade)
sine diminucione qualibet in vestimento (?) sacerdocii plene (o: -no?) dicat, nulla-
tenus omissurus; item cuilibet choralis in exequiis funeris mei presencialiter existenti
ii oras(!). Item conuentui fratrum predicatorum in Abo iii marchas; item domino
Magno Alendensi(!) sermones super ewangelia et epistolas per totum annum; item
fratri Johanni Gladda i calicem viaticum cum lapide altaris consecrato; item hospi-
tali i psalterium commune sanctorum et i legendarium cum historiis ab aduentu
Domini vsque ad iiii diem penthecostes; item Iohanni, dicto Brodheron, vnum
librum legis Sudhermannice; item colono meo Nicolao i togam duplicatam cum ca-
pucio. Insuper nouerint vniuersi, quod dilecta soror mea Cristina michi omnimodam
prediorum patrimonialium suorum porcionem hereditariam in Linite (o: Luntha) iure
perpetuo possidendam et penitus ordinandam resignauit. De me e conuerso curiam
meam in Abo, propriis meis sumptibus constructam, in qua nunc Elena Bacarris
residet, et fundum, quem Thomas Pernuus¹⁾ pronunc habet, resumpsit. Ceterum
Conrado, dicto Paris, genero ipsius, racione dotalicii cum filia sua Katerina, pro
sepedictis prediis in Luntha xxxv marchas solui, presentibus viris discretis, vt satis
constat. Item si soror mea hec, que dicta sunt, obseruare quomodo distulerit, michi
omnia restituat supradicta cum laboribus et expensis in curia mea memorata Luntha
in structura domorum inibi tunc consumptis. Ceterum (o: -rum) nouerint vniuersi,
quod tempore, quo discretus vir Hennichinus Øslare dilectam sororem meam Cristi-
nam prescriptam in matrimonialem copulam duxit, lx marchas, agrum Pahimenth,
in ornatu vestium, in dotalicio et expensis sibi dedi. Item declaro, quod percep-
cione v marcharum de Luntha deriuandarum et residencia in curia in Abo, quamdiu
vixero, personaliter vti volo, cum eciam approbatum in sacris canonibus euidenter
inuenitur, quod testamentum tantum morte confirmatur et post mortem immobile
perseueret. Acta et scripta sunt hec anno Domini m^occc^ol^o quinto in octaua aposto-
lorum Petri et Pauli sub sigillis reuerendi domini, domini Henrici, prepositi Aboen-
sis, Dethmari Lydhinsket, Conradi pictoris meo proprioque sigillo in huius rei eui-
denciam firmiorem. Item seniori conuiuii beati Nicolai i mensale pro tabulo suo,
quod Conradus pictor exhibebit. Item filio eiusdem Conradi v libros decretales
cum apparatu et omnibus libris veteris artis cum suis scriptis et glosis.

Öfverskrift: Testamentum domini Henrici Tempill de prediis in Linito (o: Lunto).

5128.

1355 Juli 6.

Haag.

Grefve Vilhelm af Holland bekräftar Hugo Petersson såsom holländsk fogde i Skåne.

Afskrifter i Riksarkivet i Haag och Provinsarkivet i Middelburg.
Tryckt efter HU 3, s. 144 f.

Hertoge Willem, grave van Hollandt, van Zeelandt, heer van Vrieslandt ende
verbeider der graafscap van Henegouwen, maken condit allen luden, want onse goede

¹ Kan äfven läsas: Permius.